



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen  
omnium Trochiscorum Vnguentorum, Ceratorum,  
Emplastrorum, Cataplasmatumque, & Collyriorum**

**Brasavola, Antonio Musa**

**Venetiis, MDLI**

Emplastrum de Capillis ustis. IX

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70720](#)

## BRASAVOLI

indicant genera, ut illis uidetur, secundum ægritudinis intentionē quam curant, ex his uero infinita propemodum singulis annis conficimus, ut indicantur. BRAS. Neque ambigo, quoniam ego singulis annis plus quam sexcenta confici iubeo, at si genus quoddam emplastri inuenero quod in usu est, tamē de eo nullam mentionem fecisti quid dices? SE. Dicam me fuisse obliuiosum.

## BRASAVOLS.

IX.

Non ne conficitis emplastrum de Capillis? SE. Conficimus quidem, sed arbitrabar me de illo sermonem habuisse. BRAS. Non habuisti. SEN. Satis est si de illo in præsentiarum loquamus, at quomodo conficitur? BRASA. Ita docet Mesue secundum Alexandrum in capite de Lethargia. Capilli hominis adusti sumantur. SEN. Ergo debet esse melancholicus ille et adustus cuius capilli recipiuntur? BRASA. Non sumuntur ex adusto homine, sed sunt ipsi capilli qui aduri debent, et ipsorum cinis accipiendus, multumque cum aceto miscendus, quo usque totum fiat sicuti unguentum. Mesue ait esse medicinam mirabilem ad lethargiam, et subeth, nam breui excitat à somni profunditate, notatque Mesue quandoque addi huic compositioni castoreum. SE. Inuenitur ne compositio hæc apud Alexandrum? BRASA. Putas ne Mesuem mentiri? SEN. Non puto, sed nonnunquam authorem unum pro alio citat. BRAS. At audias Alexandrum Trallianum capite uigesimo pri mi libri dicentem, Maximeque proficit ad excitandū hominem, fronti unctione admotum castoreum, uel capilli humani

EMPLASTROR. EXAMEN. 176

humanicremati, et cum aceto liquefacti pari modo il=  
liti, est enim (inquit) hoc quadam naturæ aptitudine  
huic morbo factum antipharmacum. S E N. Vidi non  
nullos qui huic emplastro crocum miscuerint. B R A=  
S A. Miseri potest, tamen et sine eo fieri melius arbi=tror. S E N. Non ne dicit Alexander quod castoreum  
simul misceatur? B R A S A. Non profectò, sed ipse  
per se castoreum ponit, quod et si illi misceretur nihil  
referret, neq; magnificiendum est, si crocum nonnulli  
addiderint, hic igitur erit emplastrorum finis? S E N.  
Prorsus erit nisi tu unum uel alterum genus in medium  
adduxeris. B R A S. Iam in foro sumus, tu ad pharma= copolium, ego ad alios inuisendos ægros proficiscar.